Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tatem pnsanna ⁊ bona tanta ut seductores ⁊ uerace·
sicut qui ignoti ⁊ cogniti·quasi morientes ⁊ ecce viuimus
ut castigati ⁊ nō mortificati·quasi tristes semp autē
gaudentes sicut egentes multos autē locupletantes·
tamquā nihil habēntes ⁊ omnia possidentes· Mathm·
In illo t: Ductus est ihs in desertum a spiritu ut tempta
retur a diabolo· Et cū ieunasset quadraginta diebus
⁊ quadraginta noctib: postea esuiit· Et accedēs tem
tator dixit ei· Si filius dei es dic ut lapides isti pa
nes fiant· Qui respondens dixit· Scriptum est· Non
in solo pane viuit homo· Sed ī omni ūbo quod pcedit
de ore dei· Tūc assumpsit eū diabolus in sanctam ciuitatē· et
statuit eum supra pinnaculū templi· ⁊ dixit ei· Si filius
dei es mitte te deorsum· Scriptū ē enim· Quia angelis suis
mandauit de te· ⁊ in manib: tollent te· ne forte offendas
ad lapidem pedem tuū· Ait illi ihs rursum· Scriptū est·
Nō tentabis dnm deū tuū· Iterū assumpsit eū diabo
lus in montē excelsum nimis· ⁊ ostendit ei oia regna
mundi· ⁊ gloriam eorū· ⁊ dixit illi· Hec omnia tibi dabo·
si cadens adoraueris me· Tunc dicit ei ihs· Vade satha
nas· Scriptū est enim· Dnm deū tuū adorabis· ⁊ illi soli
seruies· Tunc reliquit eum diabolus· et ecce angeli ac
cesserunt ⁊ ministrabant ei· Isa·ij· Ivo Ezechiel· Ppte
Hec dicit dns· Ecce ego ipse requiram oues meas·
⁊ inuisabo eas sicut pastor inuisitat gregem suum· in
die quando fuit in medio ouium suarum dissipatarum· Sic inuisa
bo oues meas· ⁊ liberabo eas de omnib: locis in quib: dis
persae fuerant in die nubis ⁊ caliginis· Et educam eas de po
pulis· ⁊ congregabo eas de terris· ⁊ educam eas in terram suam